

TABELLA LVNAE MINVTORVM SVBTRAHEN.

les calculatus, hoc idem maxime obseruandum erit, ob motus eius uelocitatem. Quare si locum Lunæ uerum ad thema cœlicum sistere uolueris, necesse erit motum eius uerum reducere ad dies inæquales, id est, facere motum eius æquatis diebus, & hoc fiet per tabellam Lunæ hic annexam. Si autem à tempore tuo, cum quo motus quæris, prius æquationem dierum subduxisti, tunc non erit opus huius tabulæ, id quod te meminisse conuenit. Intra igitur tabellam hanc Lunæ cum uero motu Solis illius diei cuius motum Lunæ reducere cupis ad dies inæquales, & minuta ex communi angulo reperta subtrahe à loco Lunæ uero illius diei, & prodibit locus eius diebus æquatis, id est, inæqualibus.

Tabella Lunæ minutorum subtrahendorum.

G	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈
8	4	9	10	8	6	8	13	16	15	8	2	0	
2	4	9	10	8	6	8	13	16	14	8	1	0	
4	5	9	10	8	6	8	13	16	14	7	1	0	
6	5	9	10	8	6	9	13	16	14	7	1	1	
8	5	10	10	7	6	9	14	16	13	6	1	1	
10	6	10	10	7	6	9	14	16	13	6	0	1	
13	6	10	10	7	6	9	14	16	13	5	0	1	
14	6	10	10	7	6	10	15	16	12	5	0	1	
16	7	10	10	7	6	10	15	16	12	4	0	2	
18	7	10	9	6	6	10	15	16	11	4	0	2	
20	7	10	9	6	7	11	15	16	11	3	0	2	
22	8	10	9	6	7	11	16	16	10	3	0	3	
24	8	10	9	6	7	11	16	16	10	3	0	3	
26	8	10	9	6	7	12	16	15	9	2	0	3	
28	8	10	8	6	7	12	16	15	9	2	0	4	
30	9	10	8	6	8	13	16	15	8	2	0	4	

DE ÆQVATIONIBUS UDODECIM DOMORVM CŒLI.



Ioannes à Monte regio, nō tantum Franciæ orientalis suæ, sed & totius Germaniæ

nostræ decus & ornamentū, multa ad communem Mathematicarum disciplinarum utilia inuenit, & in lucem magna cum laude edidit: inter quæ opus est uerè elegans, Tabularum directionum perfecte elaboratum, in quo opere problemate 14. ostendit, se nihil præterea tentasse, quam ut tabulas pro æquationibus domorum duodecim

cœli, in omni habitatione, cuius latitudo maxima 60 gradus non excederet, huiusmodi rerum studiosis palam faceret, etiam si id multo copiosius præstare, si uoluisset, potuerit. Quia uero honestorum studiorum nunquam non comes esse solet inuidia, inuenit & ipse doctissimus uir, post fata sua, qui inuiderent surgentem Germaniæ nostræ gloriam, ac hominis in utraq; lingua eruditissimi laudem, plus equo, obscurare conentur. Quod equidem minime ferendum nobis censuerim pacienter. Lucas Gauricus Neapolitanus, homo alioqui doctus, Regiomontanum nostrum, loco quodam de æquationibus domorū cœli, cum Ephemerides Ioannis Stofleri Sueui, Venetijs edere curasset, amariusculè quidem, & præter meritum uiri doctissimi, perstrinxit, traduxitq; in hunc modum: Nos in tabulis nostris directorijs, Deo auspice, prope diem promulgabimus plerasq; tabulas domorum in plerisq; finitoribus ad gradus & minuta supputatas, in quibus præterea locis idem Ioannes Regius, licet celeberrimus, dormitauerit: nam quandoq; bonus dormitat Homerus, ibi enunciare non dubitabimus, ne in posterum studiosi, rerum cœlestium perscrutatores cum ipso quoq; aberrant. Hæc ille. Quasi uerò ò clarissime Gaurice Regiomontanus noster ueternum, ut aiunt, passus, aut dormierit, aut dormitauerit cum hæc ita scriberet: An non fatetur ipse ingenuè, se nolle hæc tabulas ultra 60 gradus altitudinis poli extendere, id quod paulo ante quoq; demonstrauius: Porro huius æquationis cum fundamentum, tum demonstrationem hic oculis conspiciendum subiecimus.

Pro